Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Nil iuvat obniti

urn:nbn:de:bsz:31-101049

Visual Library

INter ſigna hominis verè renovati præcipuo loco numerandus animus humilis, ac patiens calamitatum & injuriarum, nec enim pertinax ac refractarius quiſpiam Chriſto ſeſe cogitationes ſubdidiſſe pro explorato unquam habere poteſt. At quorſum, precor, hic pervicacia? afflictionibus ſanè Deus vel exercet, vel probat, vel corrigit, vel honore afficit ſuos, utpotè in hoc ſimiles eos faciens ipſi Filio. Clementiſſimus enim Parens ex altâ providentiæ ſpeculâ quid unicuiq; noſtrum conveniat planè ac plenè cognoſcit, & quod convenire novit, accommodat. miſerabile verò remedium eſt, obnitendi ſtudium, & plorandi laſſitudo; cum melius Dei timor hiſce medeatur: Is enim ad divinam voluntatem & paternam affectionem, tanquam ad ſacram anchoram, confugiens, non patientiam ſolùm, ſed & gaudium, imò & gratiarum actionem, ex ipſis afflictionibus producit; non ſecus ac medicus ex viperis Theriacam; adeò ut, tanquam triumphans, pleno ore tandem exclamet, Via crucis, via lucis.

T'Is een vande byſonderſte ken-teyckenen eens vernieuwden ghemoets, datmen in ſigh ghevoele een nedrighe verdraechſaemheyt in alderley beſoeckinghe, ons regel recht van God toegheſchickt, ofte door middel van de menſchen aenghedaen, ghelijck in het tegendeel van dien een morrende ende teghenſtrevende onverduldicheydt niet anders en kan verſtaen worden uyt te wijſen als een ſoodanigh herte dat noch ſijn ghedachten niet en heeft ghevanghen ghegeven onder de ghehoorſaemheyt Chriſti.

Maer, ô lieve, waer toe hier een ſteghe onverdraechſaemheyt? nae dien de goede God de ſijne plagh uytverkoren te maecken inden Oven der ellende? gewiſſelijck de vermoeytheyt van jammeren is een gantſch ellendigh behulp-middel voor de ghene die lijden moeten; daer de ware vreeſe Gods, geeft uytkomſte in alderley benauthedẽ; want yemant, door de ſelve, ſijne toevlucht nemende tot Godes vaderlijcke ſorghe over de ſijne, weet niet alleen recht ghedult, maer oock blyſchap en danckſegginghe daer uyt te trecken, ſeggende ghedurigh... ſtadelijck in zijn herte tot ſijne vertrooſtinghe.

Hoe ſwaerder lot,
Hoe naerder Godt.

Chryſoſtomus.

Generoſi eſt animi, cum undique provoceris ac pungaris, æquo animo acerbitates omnes ferre.

Nobile vincendi genus eſt patientia, vincit
Qui patitur; ſi vis vincere, diſce pati.

QVA